An. et vol. XXXXIV 6 Octobris - 16 Octobris 1952 (Ser. II, v. XIX) - N. 14-15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Conto corrente con la Posta

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 705-753 - Litterae Apostolicae, p. 712-761 - Epistulae, p. 717-766 - Allocutiones, p. 732-773 - Nuntius Radiophonicus, p. 739-789.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: I, II Decreta, p. 743. III Provisio Ecclesiarum, p. 746 - *S. C. de Propaganda Fide*: I. II, III Decreta, p. 748 - *S. C. Rituum*: Decreta in causis beatificationis et canonizationis Servorum Dei, p. 750-794.

Diarium Romanae Curiae: Udienze solenni - Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze - Necrologio, pp. 797-800.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · LII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 1000 — extra Italiam, Lib. 2000 vel $ 5

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 80 — extra Italiam, Lib. 190 vel $ 0,30

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aërea, charta indica impressos.

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXIV, n. 14 – 6 Octobris 1952)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. BERBERATENSIS. *Cum ob sollertem.* – Praefectura Apostolica Berberatensis, in Africa Aequatoriali, in Vicariatum Apostolicum erigitur. – 13 Martii 1952 705

II. DE VIENTIANE ET LUANG-PRABANG (Vientianensis). *Est in Sanctae Sedis.* – Praefectura Apostolica de Vientiane et Luang-Prabang ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehitur, « Vientianensis » deinceps appellandi. – 13 Martii 1952 . . . 707

III. S. BONIFACII ET S. MARIAE ORMENSIS (Arcis Gulielmi). *Cotidiano prope.* – Ab archidioecesi S. Bonifacii et a dioecesi S. Mariae Ormensis pars separatur, quae in novam erigitur dioecesim, nomine « Arcis Gulielmi » et metropolitanae ecclesiae Torontinae suffraganea constituitur. – 29 Aprilis 1952 708

IV. NOVAE GUINEAE (De Aitape). *Ad latius prolatandam.* – A Vicariatus Apostolici Novae Guineae centralis territorio pars tota occidentalis seiungitur et nova exinde erigitur Praefectura Apostolica de Aitape. – 15 Maii 1952 711

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Maxime Nobis.* – Internuntiatura Apostolica in « Pakistan » erigitur. – 9 Octobris 1951 712

II. *E Beati Kentigerni.* – Sanctus Asaphus, loci vulgo « Pantasaph » nuncupati, intra Menevensis dioecesis fines positi, Patronus caelestis declaratur. – 29 Octobris 1951 . . . 713

III. *Domus Dei.* – Cathedralis ecclesia Manizalensis, Deo in honorem B. Mariae V. a « Rosario » dicata, ad dignitatem Basilicae Minoris extollitur. – 26 Novembris 1951 715

IV. *Christianae religioni.* – Ecclesia S. Pauli Maioris, in urbe et archidioecesi Neapolitana sita, ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehitur. – 14 Decembris 1951 . 716

EPISTULAE

I. *Der Katolische Deutsche.* – Ad electa mulierem Gertam Krabbel, praesidem Foederationis Mulierum Catholicarum Germaniae, ob conventum generalem ipsius Foederationis, in urbe « Bonn » habitum. – 17 Iulii 1952 717

II. *Octo abhinc.* – Ad Revmum P. Nivardum M. Buttarazzi, Casaemarensis Congregationis Abbatem Praesidem: octavo exeunte saeculo ab ortu Casaemarensis Abbatiae. – 25 Iulii 1952 720

III. *Intra fines.* – Ad Emum P. D. Emmanuelem tit. Sancti Laurentii in Lucina S. R. E. Presb. Cardinalem Arteaga y Betancourt, Archiepiscopum Sancti Christophori de Habana, quem Legatum renuntiat ad imaginem Nostrae Dominae de Coromoto corona exornandam. – 30 Iulii 1952 722

IV. *Geliebte Söhne.* – Ad christifideles Germaniae ob conventum, « Katholikentag » nuncupatum, Berolini coadunatos. – 10 Augusti 1952 . . . 723

V. *Quel motif.* – Ad dilectos filios Rogerium Millot et Rosarium Beaulé, praesides sodalitatis « Pax Romana » nuncupatae, ob Conventum Internationalem XXII in Canada indictum. – 12 Augusti 1952 728

VI. *Tibi sexdecim.* – Ad Emum P. D. Petrum tit. Sanctae Crucis in Hierusalem S. R. E. Presb. Cardinalem Fumasoni Biondi, S. Congregationis de Propaganda Fide Praefectum, sexdecim a die natali lustra fauste impleturum. – 15 Augusti 1952 . . . 731

ALLOCUTIO

Iis qui interfuerunt Conventui universali de Astronomia, Romae habito. – 7 Septembris 1952 732

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Christifidelibus Venezuelae datus, sollemnia in honorem B. Mariae Virginis de Coromoto celebrantibus. – 12 Septembris 1952 739

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. Decretum. Erectionis Vicariatus Castrensis in Republica Insularum Philippinarum. – 8 Decembris 1950 . 743

II. Decretum. De erectione Vicariatus Castrensis in Gallia. – 26 Iulii 1952 744

III. Provisio Ecclesiarum 746

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *Shirensis* (Blantyrensis). – Decretum de nominis mutatione. – 15 Maii 1952 748

II. *Sendaien. - De Sapporo.* – Decretum commutationis finium. – 19 Iunii 1952 749

III. *De Bangweolo* (Kasamaënsis). – Decretum. Vicariatus Apostolicus de Bangweolo deinceps « Kasamaënsis » appelabitur. – 10 Iulii 1952 . . . 749

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Cracovien. – Decretum introductionis causae pro beatificatione S. D. Raphaëlis a S. Ioseph, in saeculo Ioseph Kalinowski, sacerdotis professi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum. – 2 Martii 1952 750

Corrigenda in novis Ellogiis Martyrologii Romani 752

(pro Indice fasc. 15, v. pag. III)

An. et vol. XXXXIV 6 Octobris 1952 (Ser. II, v. XIX) - N. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BERBERATENSIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA BERBERATENSIS, IN AFRICA AEQUATORIALI, IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum ob sollertem Missionalium operam in aliqua Praefectura Apostolica res christiana, Deo propitio, adeo profecit ut digna existimetur quae ad maioris dignitatis gradum evehatur, eam solent Romani Pontifices in Vicariatum Apostolicum erigere. In quibus laeto animo accepimus adnumerandam esse Praefecturam Apostolicam Berberatensem, in Africa Aequatoriali, Missionalium ex Ordine Fratrum Minorum Capuiatorum curis concreditam. De consilio igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositorum, deque sententia venerabilis Fratris Marcelli Lefebvre, Archiepiscopi titulo Arcadiopolitani in Europa, Delegati Apostolici de Dakar, ac libenter admittentes preces Sanctae Sedi ad hoc adhibitas, re mature considerata ac certa scientia, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Praefecturam illam Apostolicam Berberatensem, iisdem servatis nomine ac limitibus, in Vicariatum Apostolicum, suprema Nostra auctoritate erigimus et constituimus, quem Missionalibus, ex Ordine Fratrum

Minorum Capulatorum, iam ibi sedulo allaborantibus, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, committimus. Ad novum itaque Vicariatum hunc Berberatensem iura et onera spectabunt, quae ceterorum Vicariatuum sunt propria; eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes quae iure communi eiusmodi Praesulibus competunt. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus ac iubemus, contrariis quisbuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die tertiodecimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quartodecimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol.. LXXXIII, n. 69.

II

DE VIENTIANE ET LUANG-PRABANG (VIENTIANENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE VIENTIANE ET LUANG-PRABANG AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR, « VIENTIANENSIS » DEINCEPS APPELLANDI.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Est in Sanctae Sedis more Praefecturas illas, in quibus christianum nomen optatum susceperit incrementum, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehere. Quod Nos modo efficiendum existimamus ad Praefecturam quod attinet de Vientiane et Luang-Prabang, in Indosina, ubi sollertes ob curas sodalium Congregationis Oblatorum a B. M. V. Immaculata, quibus credita est, religiosa res, uti laeto animo accepimus, non parum profecit. De consilio igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositorum, deque sententia venerabilis Fratris Ioannis Dooley, Archiepiscopi titulo Macrensis in Rhodope atque in Indosina Delegati Apostolici, re mature perpensa, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Praefecturam illam de Vientiane et Luang-Prabang suprema auctoritate Nostra in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, quem, mutato nomine, *Vientianensem* deinceps appellandum decernimus. Novum hunc Vicariatum Missionalibus e Congregatione Oblatorum a B. M. V. Immaculata etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, committimus. Ad quem itaque Vicariatum Vientianensem iura et onera spectabunt, quae ceterorum Vicariatuum sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae iure communi eiusmodi Praesulibus competunt. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum autem Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus praecipimus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini vero hanc paginam evectionis, mutationis, constitutionis, com-

missionis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contrarie liceat. Si quis contra id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Prot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 65.

III

S. BONIFACII ET S. MARIAE ORMENSIS (ARCIS GULIELMI)

AB ARCHIDIOECESI S. BONIFACII ET A DIOECESI S. MARIAE ORMENSIS PARS SEPARATUR, QUAE IN NOVAM ERIGITUR DIOECESIM, NOMINE « ARCIS GULIELMI » ET METROPOLITANAE ECCLESIAE TORONTINAE SUFFRAGANEA CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cotidiano prope usu notum est christianum populum diligentius pleniusque ad pietatem excoli atque institui posse, si singulares eius partes nimium non excesserint singulorum Pastorum, quibus creditae sunt, vires. Eapropter, cum rerum, locorum temporumque opportunitas id vel sinit, vel suadet, amplissimas solet Apostolica Sedes dispertire circumscriptiones, ex iisque novas condere dioeceses. Quam ob rem, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, libenter annuentes precibus huic Sanctae Sedi adhibitis, quas noscimus in animorum bonum cessuras, ea quae sequuntur decernere statuimus. Audita itaque sententia venerabilium Fratrum Hildebrandi Antoniutti, Archiepiscopi titulo Sinnadensis in

Phrygia ac Delegati Apostolici in Canadensi Ditione, atque Georgii Cabana, Archiepiscopi titulo Anchialitani et Coadiutoris cum futurae successionis iure venerabilis Fratris Arcturi Bèliveau, hodierni Archiepiscopi S. Bonifacii, ad gravissimum hoc pastorale munus obeundum prorsus imparis, et Raphaëlis Huberti Dignan, Episcopi S. Mariae Ormensis, suppleto insuper, quatenus opus sit aliorum quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ab archidioecesi S. Bonifacii universum territorium separamus quod in provincia civili vulgo *Ontario* exstat, et a Dioecesi S. Mariae Ormensis universum territorium disiungimus quod ad occasum octogesimi sexti (86) arci meridiani long. occ. a Greenwich pertinet. Ex hisce avulsis territoriis novam erigimus dioecesim, ab urbe, quae vulgo Fort William vocatur, « Arcis Gulielmi » appellandam. Huius novae dioecesis episcopalem sedem in urbe constituimus Arcis Gulielmi, quam igitur ad civitatis episcopalis gradum extollimus. Episcopi vero cathedram in templo collocari iubemus Deo in honorem S. Patricii dicato, quod ad cathedralis templi dignitatem evehimus, eique propterea tribuimus iura et privilegia atque onera et obligationes quae ceterarum cathedralium aedium sunt propria. Pariter Praesulibus pro tempore Arcis Gulielmi hinc iura, insignia, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae communiter huiusmodi Praesulibus competunt. Cathedralem autem Ecclesiam Arcis Gulielmi suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Torontinae, cuius pro tempore Archiepiscoporum metropolitico iuri Episcopos Arcis Gulielmi subicimus. Praeterea, usque dum cathedrale Canonicorum Collegium constitui nequeat, indulgemus ut interim Consultores dioecesani ad normam canonis 423 Codicis Iuris Canonici eligantur et adhibeantur. Quod autem attinet ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad iuvenum qui in sortem Domini vocati sunt, institutionem, ad fidelium et clericorum iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, decernimus ut simulac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt. Volumus insuper ut omnia documenta et acta, quae novam Arcis Gulielmi dioecesim respiciunt, huius Cancellariae, ut inibi diligenter serventur, a curiis archidioecesis S. Bonifacii et dioecesis S. Mariae Ormensis, quam primum tradantur.

Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra diximus Fratrem in Ditione Canadensi

Delegatum Apostolicum vel eum qui in exsecutionis actu Delegationi illi praeerit, deligimus, eique propterea omnes tribuimus necessarias ad id et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem fide dignum peractae exsecutionis actorum exemplum, cum primum fas erit, transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, ac si secus super his scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per praesentes derogamus. Harum vero Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis haberetur ostensis. Nemini autem illis quae hisce Litteris statuta sunt contraire liceat. Si quis tamen id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n. 10.

IV

NOVAE GUINEAE
(DE AITAPE)

A VICARIATUS APOSTOLICI NOVAE GUINEAE CENTRALIS TERRITORIO PARS TOTA OCCIDENTALIS SEIUNGITUR ET NOVA EXINDE ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE AITAPE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad latius prolatandam catholicam rem in Vicariatu Apostolico Novae Guineae centralis, peropportunum visum est ex eius territorio partem seiungere, in novam Praefecturam Apostolicam erigendam. Libenter itaque accipientes preces huic Sanctae Sedi adhibitas, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a vicariatus Apostolici Novae Guineae centralis territorio totam occidentalem partem, in qua Ordinis Fratrum Minorum Sodales, plures annos, tam impense allaborant cum laetis, Deo favente, sui apostolatus fructibus distrahimus eamque in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, *de Aitape* nomine appellandam. Cuius autem limites erunt ad septentrionem: Oceanus Pacificus; ad occidentem: Nova Guinea Hollandica; ad meridiem: Vicariatus Apostolicus Portus Moresby; ad orientem (scilicet inter novam Praefecturam Apostolicam et Vicariatum Apostolicum Novae Guineae centralis territorio ut supra imminutum, deinceps appellandum Vicariatum Apostolicum de Wewak): linea meridiani circuli orientalis 142° 30' usque ad flumen Sepik et ab hoc intersectionis puncto linea, quae ducit usque ad fines Vicariatus Apostolici Portus Moresby, paribus tamen intervallis a linea, quae limitem constituit inter Vicariatum Apostolicum de Wewak et Vicariatum Apostolicum Novae Guineae orientalis, in posterum appellandum Vicariatum Apostolicum Portus Alexii. Novae huius Praefecturae Apostolicae de Aitape curam committimus Patribus eiusdem Ordinis Fratrum Minorum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum; eique tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules

iure communi fruuntur, eosque pariter iisdem obstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri obstringuntur.

Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus et decernimus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce iisdem haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam seiunctionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n. 8.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA IN « PAKISTAN » ERIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Maxime Nobis cum cordi sit ut pax et concordia inter Nationes serventur, nihil antiquius habemus quam ut publica quoque officiorum vincula inter Apostolicam hanc Sedem et « Pakistan », quae nuncupatur, dicionem impensius arctiusque obstringantur. Quapropter Internuntiaturam Apostolicam in memorata Natione, quae sui iuris non ita pridem facta est et in qua, anno MCML Apostolicam, « de Karachi » appellatam, constituimus Delegationem, erigere decrevimus. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra

deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Natione « Pakistan » Internuntiaturam Apostolicam erigimus, cuius sedem in urbe principe « Karachi » constituimus. Eidem igitur sic per Nos erectae Internuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Legationi sic per Nos constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Octobris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

SANCTUS ASAPHUS, LOCI VULGO « PANTASAPH » NUNCUPATI, INTRA MENEVENSIS DIOECESIS FINES POSITI, PATRONUS CAELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — E Beati Kentigerni disciplina profectus alumnus, Sanctus Asaphus, qui et nobilitate generis et virtutum laude fuit admodum conspicuus, Cambriae regionis praeclarum quoddam exstitit lumen ac praesidium. Qui magistrum in regendo asceterio, plurimis monachis frequente, atque in episcopali munere consecutus, Ecclesiae Elguensi tanta praefuit cum sanctimonia et navitate ut ab ipso nomen illa acciperet. Eum Elguenses seu Assavenses Antistites iam dudum sibi Patronum adoptaverunt ab eoque plurima in Cambria loca sunt appellata. In quibus vicus, « Pantasaph » vulgo nuncupatus, aliquem obtinet numerum. Exstat ibi ecclesia, Sodalibus Franciscalibus Capulatis credita, quae aliarum aedium curialium in ea regione mater est et quam Christifideles plurimi peregrinatorum more quotannis so-

lent adire. Expleto autem centum annorum spatio a quo hoc Templum fuerat excitatum, Vicarius Provincialis eiusdem Ordinis demisse Nobis supplicavit ut Sanctum Asaphum eius loci Caelestem Patronum constituere dignaremur. Quibus precibus, Venerabilis Fratris Ioannis Eduardi Petit, Menevensis Episcopi, commendatione suffultis, libenter admissis auditoque Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Asaphum, loci vulgo « *Pantasaph* » nuncupati et intra Menevensis Dioecesis fines positi, Caelestem apud Deum *Patronum* declaramus et renuntiamus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, praecipuis locorum Patronis rite competentibus, additaque facultate eius festum die II mensis Maii quotannis celebrandi. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, vi quidquam secus, super his a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Octobris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

CATHEDRALIS ECCLESIA MANIZALENSIS, DEO IN HONOREM B. MARIAE V. A « ROSARIO » DICATA, AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EXTOLLITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Domus Dei quae pietatis religionisque praecipuae sedes sint et propter artificiosa opera probentur in vulgus, eas ex pristina consuetudine Romanos Pontifices iuvat peculiari honore condecorare. In quibus non perperam habenda est Ecclesia princeps Manizalensis, Beatae Mariae Virgini a Rosario in Columbiana Ditione sacra, utpote quae in maioribus Templis utriusque Americae numeretur atque specie et cultu, quemadmodum accepimus, commendetur. Fervet praeterea ibi, quod minime parvi facimus, divinum opus, populus fidelis sacris perfrequens consuevit interesse vitamque ad Christianae institutionis praecepta studet conformare. Gliscit in dies numerus eorum qui, superno quodam acti afflatu, munera sacerdotalia affectant multique rei missionali ac pauperibus relevandis egregiam operam navant. Expleto autem saeculo a condita urbe Manizalensi, quinquagesimo etiam revoluto anno a Dioecesi eiusdem nominis constituta, nec non quinque lustris exactis a quo princeps hoc Templum ingenti molitione denuo coeptum erat exstrui, Venerabilis Frater Aloisius Concha, eius Sedis Antistes, moren gerens voluntati universi Cleri, Provinciae Caldasiensis et Municipii Moderatorum omniumque e sua Dioecesi Christifidelium, preces ad Nos admovit ut Ecclesiam Cathedralem, quamvis nondum perfectam quod ad ornamenta, sed tot iam laudibus insignem, Basilicae Minoris nomine ac iure donare dignaremur. Nos autem, probe confisi ex huius honoris attributione Manizalenses, quin etiam omnis regionis fideles, amplos fructus spirituales esse percepturos, supplicationibus eiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Cathedralem Manizalensem, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis a Rosario dicatam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces

iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Novembris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
De speciali mandato Sanctissimi

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

IV

ECCLESIA S. PAULI MAIORIS, IN URBE ET ARCHIDIOECESI NEAPOLITANA SITA, AD TITULUM AC DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Christianae religioni volentes addere incrementum, Romani Pontifices ex translaticio instituto excultiora Templa peculiari honoris signo decorare consueverunt. In quibus merito habenda est Ecclesia Sancti Pauli Maioris, quae in urbis Neapolis egregium vertit ornamentum. Haec Aedes, super parietinas veteris fani exstructa, Clericis Regularibus, anno MDXXXVIII, fuit concredita, qui, cum ob piam Christifidelium frequentiam nimis angusta illa evasisset, maius Templum, anno MDLXXXIII, ad artis rationem aedificandum curaverunt. In quo praesertim aula media, fornices, sacella a latere posita singulari cultu refulgent et res sacrae, summa colorum venustate depictae, non sine admiratione conspiciuntur; maximo vero altari speciem praebet eximiam Tabernaculum aeneum, auro obductum, atque insueta marmorum varietas; neque praetermittendum sepulcrum illustre, quo Sancti Caietani, Ordinis Clericorum Regularium auctoris, sacra ossa conteguntur. Aliorum quoque Sanctorum reliquiis ac pretiosa supellectile Ecclesia affluit; quae, bello, non ita pridem confecto, ex aërona-vibus plumbo et igne petita ac perculsa, iam sarta tecta ad pristinum fuit splendorem revocata. Cum igitur preces ad Nos admotae essent,

ut Templum, tot landibus ornatum, Basilicae Minoris nomine ac iure donare dignaremur, votis eiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Sancti Pauli Maioris, in urbe et Archidioecesi Neapolitana sitam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Decembris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULAE

I

AD ELECTAM MULIEREM GERTAM KRABBEL, PRAESIDEM FOEDERATIONIS MULIERUM CATHOLICARUM GERMANIAE, OB CONVENTUM GENERALEM IPSIUS FOEDERATIONIS, IN URBE « BONN » HABITUM.

Der Katholische Deutsche Frauenbund, den Sie in den langen Jahren Ihres Präsidiums mit selbstloser Hingabe, ruhiger Zielsicherheit und kluger Anpassung, den Blick auf Gott, seinen heiligen Willen und seine hilfreiche Gnade gerichtet, durch stürmische Zeiten geleitet haben, hält gegen Ende dieses Monats in Bonn seine 13. Generalversammlung ab und hat Uns wegen der Wichtigkeit der Tagung um ein Wort an die

Versammelten und um Unseren Segen gebeten. Gerne entsprechen Wir dem von Ihrer Seite geäusserten Wunsche.

Sie haben als Thema Ihrer Generalversammlung « Die katholische Frauenbewegung in der sich wandelnden Welt » genommen. Ihr Bund steht vor Vollendung seiner ersten fünfzig Jahre. Während dieses Zeitraums hat sich in der Frauenbewegung überhaupt und auch in der katholischen Frauenbewegung wahrlich vieles gewandelt. Um von der letzteren zu sprechen, so sind die Ziele, die sie sich zu Beginn des Jahrhunderts steckte, die damals neu klangen und überraschten, ja nicht wenigen zu gewagt und überspannt schienen, erreicht und längst fester Besitz, sogar bereits Tradition geworden, schon aus dem einfachen Grund, weil die zwangsläufige Hineinführung der Frau in alle Berufe und in sämtliche Bereiche des öffentlichen Lebens jeweils noch schneller vor sich ging als die Anpassung der katholischen Frauenbewegung an die neue Lage.

Immerhin sind die übernommenen Aufgaben und erworbenen Rechte weiterzureichen, mit den Inhalten, die ihnen Natur und Offenbarung nach katholischer Ueberzeugung verleihen, unter Wahrung des rechten Verhältnisses von Freiheit und Verantwortung, von eigenem Recht und Pflicht gegen die Mitmenschen, von Gleichberechtigung und Unterordnung. Die Frauenbildung, die soziale Schulung und soziale Tat werden also ihren Weg wie bisher weitergehen. Aber auch nach der persönlichen Seite hat sich der Zweck Ihres Bundes wesentlich kaum geändert: die Schichten der Frauenwelt, die der Katholische Deutsche Frauenbund seinerzeit in erster Linie zu sammeln suchte, sind auch heute, vielleicht noch mehr als damals, auf seine Führung, seinen Schutz und seine Hilfe angewiesen.

Unter anderer Rücksicht wird man freilich sagen dürfen, dass sich das Ziel der katholischen Frauenbewegung inzwischen nicht unmerklich verschoben hat. Ging es ihr vor fünfzig Jahren darum, die katholische Frau einzuführen in die Berufe und die öffentlichen Stellungen, in welche die Zeitumstände sie riefen und denen sie sich nicht mehr verschliessen konnte, so ist heute vielleicht die vordringlichste Aufgabe, die Frau zu schützen und zu festigen, dass sie in den neuen Verhältnissen ihrer Persönlichkeitswürde als Frau und als Christin nicht verlustig gehe. Gewiss hat die katholische Frauenbewegung immer auch die Formung der Frau zur vollkommenen Persönlichkeit und echten Christin zum Ziel gehabt. Aber heute, so scheint Uns, ist dieses Ziel ganz in den Mittelpunkt gerückt. Es ist so sehr das Gebot der Stunde geworden, dass es die

anderen Ziele zwar nicht verdrängt-ganz gewiss nicht, sie aber doch betont in die zweite Linie stellt.

Es ist, als ob sich alles verschworen hätte, dem Menschen und Christen die Wahrung seiner Persönlichkeitswürde zu erschweren, ja unmöglich zu machen. Die Technik und Betriebsamkeit der Reklame und Propaganda, des Senders und des Films lassen die Sinne kaum mehr zur Ruhe kommen und versperren so von vornherein den Zugang zur inneren Sammlung. Es wird der Menschentyp geschaffen, der es nicht erträgt, auch nur eine Stunde mit sich und seinem Gott allein zu sein. Die Industrialisierung, die den Einzelnen dem Werk und Betrieb ausliefert, ist daran, ihre Art auch der Landwirtschaft aufzudrängen. Das gesellschaftliche Leben ist gekennzeichnet durch die vielverschlungene Abhängigkeit des Einzelnen und der Einzelfamilie von der öffentlichen Hand, von technischen, wirtschaftlichen, sozialen Kontrollen, Zentralen und Organisationen. Das Grosstadtwesen bestimmt immer aufdringlicher die Form des menschlichen Daseins; der Einzelne wird unaufhaltsam aufgesogen von der Masse.

Die tiefe Tragik dieser Entwicklung liegt darin, dass sie sich auswirkt gerade in dem Augenblick, da Weltanschauungen rein materialistischer Prägung die menschliche Persönlichkeit bewusst brechen und den Einzelnen zum Element der Masse machen wollen, wobei sie jene technische und wirtschaftlich-soziale Lage rücksichtslos für ihre Ziele ausnutzen.

Wir brauchen Ihnen nicht auszuführen, welch verheerende Wirkung die Entwicklung zum Massendasein gerade auf die Frauenwelt und die Frauenseele hat. Die vergangenen zwanzig Jahre haben Sie erschütternde Erfahrungen machen lassen. Dabei ist das hinter Ihnen Liegende vielleicht nur erst die Generalprobe für eine noch schwerere Auseinandersetzung. Es geht um die Würde der christlichen Frau, des Jungmädchens und der Unverheirateten wie der Gattin und Mutter; es geht um die christliche Ehe und Familie, die eheliche Treue, das Kind und seine Erziehung. Alle diese heiligen Bezirke haben bereits feindlichen Ansturm und Einbrüche erlitten in einem Ausmass, wie es die Erfahrung der Kirche bisher nicht gekannt hat.

Das, was die Stunde heischt: alles daranzusetzen, um den Einzelnen und die Einzelne zu einer christlichen Persönlichkeit heranzubilden, die auch auf sich allein gestellt Gott und seiner Weltordnung im Natürlichen wie Uebernatürlichen die Treue halten wird—das gilt auch für Ihren Bund. Wir hegen die feste Hoffnung, dass Sie bis in die innerpolitischen Auseinandersetzungen über die Ehe, das Elternrecht, die Schule

und die soziale Ordnung jenen Anruf vor Augen haben und für seine Erfüllung arbeiten und opfern werden.

Man spricht so viel von der europäischen Kultur, jener Kultur, die aus der Vergangenheit zu retten oder für das vereinte Europa der Zukunft zu schaffen ist. Man sei sich nur über eines klar: Diese europäische Kultur wird entweder unverfälscht christlich und katholisch sein, oder aber sie wird verzehrt werden vom Steppenbrand jener anderen materialistischen, der nur die Masse und die rein physische Gewalt etwas gelten.

Der Christ, der Katholik ist nicht kleinmütig. Sein Glaube macht ihn immer zuversichtlich. Auch Sie, geliebte Töchter, sollen es sein. Sie haben die gesunde Menschennatur und Gottes Gnade auf Ihrer Seite. Auf sie bauend mögen Sie ans Werk gehen, freilich mit dem Einsatz aller Kräfte, um Christus und der Kirche gläubige und starke Frauen zu schenken, die weltoffen und der Zeit gewachsen, die aber auch fähig sind, gegen den Strom zu schwimmen, bereit zum Verzicht, wo Gottes Gebot und das Gewissen klar sprechen und keinen Ausweg lassen.

Als Unterpfand der Erfüllung Ihres Hoffens und Strebens erteilen Wir der Leitung und den Mitgliedern Ihres Bundes, Sie alle der Liebe und dem Schutz Marias, der starken Jungfrau und reinsten Mutter, empfehlend, in väterlichem Wohlwollen den Apostolischen Segen.

Aus dem Vatikan, den 17. Juli 1952.

PIUS PP. XII

II

AD REVMUM P. NIVARDUM M. BUTTARAZZI, CASAEMARENSIS CONGREGATIONIS ABBATEM PRAESIDEM: OCTAVO EXEUNTE SAECULO AB ORTU CASAEMARENSIS ABBATIAE.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Octo abhinc saeculis ad Casaemarense Coenobium, quod iam antea Benedictini Ordinis sodales incoluerant ac virtutis laude, divinae humanaeque sapientiae splendore illustraverant, Decessor Noster imm. mem. B. Eugenius III, ut memoriae traditur, a S. Bernardo Clarevallensi iussit lectissimam monachorum Cistercensium manum mitti, qui suum ipsorum institutum suamque vivendi rationem inducerent ac stabilirent. Hoc eventum feliciter actum cupitis vos proxime commemorare; idque — ut Nobis vobisque in votis est — digne non modo facturi estis, sed etiam non sine salutaribus fructibus.

Reculturis siquidem vobis illustris istius Coenobii historiam quot praeclarae memoriae gloriaeque occurrent; quot sancti doctique monachi, qui inibi floruere, menti vestrae obversabuntur; quot Episcopi vel Archiepiscopi, qui inde profecti sunt, ut sibi creditos greges recte moderarentur et ad salutis pascua conducerent. At probe nostis neminem sincera actuosaque mente posse optima a maioribus praebita exempla meditari, quin se sentiant permotum ad eorum virtutem pro viribus imitandam.

Ad monasticam praesertim disciplinam cotidie magis excitabimini, ad sacra profanaque stùdia repetenda alacrius, ad apostolicos labores, quos nostris praesertim temporibus cum umbratili ac contemplativa vita coniungere opportunum est, atque imprimis ad evangelicam vitae perfectionem pro instituto vestro assequendam, sine qua quidquid exterius agitur, facile vanum atque inane evadit.

Quam ad rem, optimo consilio statuisti per saecularia haec sollemnia Eucharisticum Conventum celebrare, ad quem quidem, ut in datis litteris scribebas, haud pauci confluent e vicinioribus Dioecesibus Christifideles. Ita siquidem ad omnium gratiarum fontem, qui Christus est Eucharisticis delitescens velis, venerabundi convenietis omnes; eumque supplices adprecaturi estis, ut quae per saeculorum decursum intra monastica saepta vestra floruere sapientiae exempla praeclarissima, ea iterum iterumque reflorescant quam maxime; sintque vicinis populis quasi excelsum a vobis hortamentum datum, quo omnes efficaciter moveantur ad illud vel ingrediendum, vel alacrius usque insistendum iter, per quod ad Divinum Redemptorem volenti generosoque animo se convertant, ad eius doctrinam amplectendam occiduam numquam, ad eius adipiscendam gratiam, quae mores renovet, et ad eius virtutem assequendam, quae una potest meliores felicioresque reddere homines.

Haec Nos paterno vobis optamus animo a Deoque supplicibus poscimus precibus; dum caelestium munerum auspicem, peculiarisque benevolentiae Nostrae testem, cum tibi, dilecte Fili, ceterisque monachis eorumque alumnis, tum iis omnibus qui Eucharisticum Conventum una vobiscum celebraturi sunt, Apostolicam Benedictionem libenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Iulii, anno MDCCCCLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. EMMANUELEM TIT. SANCTI LAURENTII IN LUCINA S. R. E. PRESB. CARDINALEM ARTEAGA Y BETANCOURT, ARCHIEPISCOPUM SANCTI CHRISTOPHORI DE HABANA, QUEM LEGATUM RENUNTIAT AD IMAGINEM NOSTRAE DOMINAE DE COROMOTO CORONA EXORNANDAM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Intra fines dioecesis Barquisimetensis, in Venezuelana Republica sitae, celebre admodum exstat Sanctuarium Beatae Mariae Virginis sub populari titulo « de Coromoto » il loco « Guanare de los Cospes » vulgo nuncupato. Iamvero decem abhinc annos, universi Venezuelae sacrorum Antistites, ad augendam populi erga Deiparam pietatem religionemque, in quinquennali coetu congregati, eandem Mariam Virginem « de Coromoto » praecipuam totius nationis Patronam pio salutarique consilio elegere atque declaravere. Quam quidem electionem Nos, Apostolicis Litteris, die VII Octobris mensis anno MCMXLIV datis, libenti sane animo probavimus et confirmavimus. Praeterea tres abhinc annos, flagrantissima Venezuelae Pastorum eorumque gregum vota adimplentes, Sanctuarium de Guanare, in quo prodigialis imago Nostrae Dominae « de Coromoto » religiosissime colitur, in quodque ex omni Reipublicae parte tot christifideles pie peregrinantes confluunt, titulo et dignitate Basilicae Minoris condecorare voluimus. Nunc autem, tertio abeunte saeculo, postquam Virgo Maria, uti traditum est, se conspiciendam dedit eodem loco, ubi templum ipsum de Guanare est deinceps aedificatum, precibus eiusdem Episcopatus benigne adnuentes, perinsignem illam imaginem sollemni ritu proximo Septembri mense coronandam per Legatum Nostrum censuimus. Te igitur, Dilecte Fili Noster, qui, dignitate archiepiscopali praeditus, Romanae purpurae splendore refulges, Legatum Nostrum a Latere deligimus ac renuntiamus, ut in Sanctuario de Guanare venerandam imaginem Nostrae Dominae de Coromoto veluti manibus Nostris sacra exornes corona. Tibi pariter facultatem tribuimus, ut, die constituta Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Tuum profecto erit, eos omnes, qui agendis sollemnibus in unum convenerint, Nostris verbis alloqui iisdemque stimulos admovere, ut, incensa in Virginem de Guanare pietate christianarumque virtutum studio, sese eius patrocinio

quotidie digniores exhibeant ac praestent. Caelestium interea donorum in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, et Antistiti, clero, populoque dioecesis Berquisimetensis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Iulii, anno MDCCCCLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

IV

AD CHRISTIFIDELES GERMANIAE OB CONVENTUM, « KATHOLIKENTAG » NUNCUPATUM, BEROLINI COADUNATOS.

Geliebte Söhne und Töchter des katholischen Deutschlands!

Mit dem Gefühl der Teilnahme und Liebe kommen Wir der Bitte Unseres ehrwürdigen Bruders, des Oberhirten der Berliner Diözese nach, der diesjährigen Heerschau der Katholiken Deutschlands Unseren Gruss und Segen zu entbieten.

Ihr habt als Ort eurer Tagung Berlin gewählt: Berlin, das Wir nicht vergessen können, weil es Uns für Jahre froher und erfolgreicher Berufsarbeit im Dienste der Kirche und zum Besten eures Volkes Heimstätte war; Berlin, zur Zeit seiner Hochblüte die Stadt mit Weltgeltung durch die Wucht ihrer industriellen wie geistigen Leistung; heute Gegenstand der Weltachtung ob des erschütternd harten Schicksals, das der Krieg und seine Folgen über sie gebracht und das ihre Söhne und Töchter mit zähem Mut gemeistert haben.

Ihr habt als Tagungsort Berlin gewählt und euch aus Ost und West dort eingefunden, um laut zu bekunden: wir gehören zusammen, und die Jahre der Heimsuchung, weit entfernt uns zu trennen oder einander zu entfremden, haben das Bewusstsein, dass wir Brüder und Schwestern sind, nur geschärft und den Willen, es zu bleiben, nur verstärkt. Und wenn seit hundert Jahren der Bonifatiusverein die Katholiken Deutschlands aufrief, sich zusammenzutun und überall da Hilfe zu bringen, wo sie Glaubensgenossen in Not wüssten, so muss die Wirkungskraft dieses heiligen Bundes und vor allem die ihn beherrschende idee heute in euch allen so lebendig sein wie je seit der Stunde seiner Gründung: einer stehe ein für den anderen, und keiner fühle sich verlassen und vergessen; er soll wissen: die anderen denken an mich, beten für mich und helfen mir.

Ihr habt eure Tagung unter das Merkwort gestellt: « Gott lebt ». Ja, Gott lebt, und seine Macht erstreckt sich von einem Ende zum anderen und durchwaltet vollkommen das All.[1] Auch die Gross-Städte, die wenig mehr das Zeichen des Gottesglaubens an der Stirn tragen, auch die Schichten von Menschen, die Gott an den Rand der Dinge geschoben und vergessen haben, auch jene, die bewusst sein Dasein leugnen und für die Gottlosigkeit werben, sie wie alles leben in ihm, bewegen sich in ihm und sind in ihm.[2] Und wenn die Mächtigen der Erde zu Beratung und Beschlussfassung versammelt sind, so ist Gott mitten unter ihnen, Gott, dessen Vorsehung sich in ihren Anordnungen nicht täuscht.[3] « Die ganze Erde ist voll seiner Herrlichkeit ».[4] Wenn von einem eures Volkes das furchtbare Wort geprägt wurde: « Gott ist tot », so soll eure Tagung eine flammende Verwahrung dagegen sein und ausklingen in den über ganz Deutshland vernehmbaren Ruf: Gott lebt! Wir beugen unsere Knie vor ihm, bereit, in allem seinen Willen zu erfüllen.

Eure Tagung, geliebte Söhne und Töchter, in Berlin, an diesem neuralgischen Punkt entgegengesetzter Interessen und Welten, ist ein Ausdruck dafür, wie sehr euer christliches Dasein sich zu vollziehen hat unter Hochspannungen ohnegleichen, die das geistige und das gesamte öffentliche Leben durchzucken. Bei solcher Lage der Dinge möchten Wir euch in dieser Stunde einen zweifachen Hinweis geben:

Zum ersten: Lebt im Bewusstsein der unbedingten und überzeitlichen *Wahrheit* eures Glaubens! Ihr seid stolz auf ihn, weil er der Glaube eurer Väter ist, weil er im Lauf der Jahrhunderte hohe Kulturwerte schuf, weil er ein religiöses Brauchtum ausbildete, das der harten Arbeit des Alltags heilige Weihe gab und Herz, Heim und Familie mit dem Frieden des christlichen Sonntags und den Freuden der katholischen Hochfeste erfüllte, Friede und Freuden, die durch keinen Taumel des Vergnügens sich ersetzen lassen.

Cum autem Exc̃mus P. D. Mauritius Feltin, Archiepiscopus Parisiensis et Vicarius Castrensis Exercitus Gallici, expostulaverit ut pro fidelibus qui in terrestribus, aëreis et maritimis Reipublicae copiis stipendia merent, vel quoquomodo iis addicti sunt, Vicariatum Castrensem instituere Apostolica Sedes dignetur, SS̃mus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabito favorabili voto Exc. P. D. Angeli Iosephi Roncalli, Archiepiscopi titularis Mesembriani et in Gallia Nuntii Apostolici, atque de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarii, huiusmodi institutionem perficiendam censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, Vicariatum Castrensem in Republica Gallica constituit.

Vicariatus Castrensis constabit : Vicario Castrensi, tribus Cappellanis Directoribus pro copiis respective terrestribus, aëreis et maritimis, atque Cappellanis militum.

Sedes Vicariatus Castrensis eiusque Curiae erit Parisiis. Officium Vicarii Castrensis Gallici obtinebit Archiepiscopus pro tempore Parisiensis, qui proinde utramque cumulabit iurisdictionem. Vicario Castrensi competit iurisdictio ordinaria, personalis tum fori interni tum fori externi.

Cappellanis Directoribus munia tribuuntur quae Codex I. C. officio Vicarii Generalis adnectit, obeunda pro copiis speciatim concreditis.

Cappellanis militum curam animarum Vicarius Castrensis committit.

Cappellanos omnes nominat, servatis servandis, Vicarius Castrensis.

Vicarii Castrensis iurisdictioni subiiciuntur :

1. Sacerdotes, saeculares et regulares, qui sive habitualiter, sive non, ad exercendum munus cappellani militum pro spirituali assistentia copiarum vocantur.

2. Omnes, sive milites sive more militari instructi, qui ad copias terrestres, aëreas et maritimas pertinent, atque legibus pro ipsis copiis latis adstringuntur.

3. Familiae eorum de quibus in numero 2, id est uxores, liberi, propinqui et necessarii, famuli, qui cum illis cohabitant in stationibus copiarum sive in patrio sive in coloniali territorio, sive eosdem comitantur extra praedicta territoria.

4. Omnes utriusque sexus fideles qui intra copiarum stationes habitant.

5. Omnes utriusque sexus fideles, sive alicui Religioni adscripti sive laici, qui nosocomiis aut scholis militaribus addicti sunt, dummodo ibidem habitent.

6. Personae copiis a pace civili addictae, cum ad arma vocantur.

7. Milites a publica securitate.

Vicarii Castrensis iurisdictio cum Ordinariorum locorum iurisdictione cumulatur. Proinde cappellani militum, quoad ecclesiasticam disciplinam, potestati quoque subiiciuntur Ordinarii loci in quo versari contingat, cui, in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas est in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, monito confestim Vicario Castrensi.

In Stationibus autem seu praesidiis militibus reservatis primo et

principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercet, secundario, et quoties Vicarius Castrensis eiusque cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque parochus, initis opportunis consiliis cum Vicario Castrensi et militum ducibus.

Ad matrimonium quod attinet subditorum Vicariatus Castrensis adamussim servetur praescriptum canonis 1097, § 2, C. I. C., iuxta quem: « pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset » et accurate omnes expleantur actus qui, ad normam iuris, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

Cappellani militum valide et licite audire possunt confessiones quorumlibet ad se accedentium in locis militibus reservatis.

Deficiente Vicario Castrensi, unusquisque Cappellanus Director in munere perget cum facultatibus sibi propriis usque dum novus Archiepiscopus Parisiensis sedis possessionem ceperit.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua benigne deputare dignata est Exc̃mum P. D. Mauritium Feltin Archiepiscopum Parisiensem et Vicarium Castrensem universarum copiarum Gallicarum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates ad effectum de quo agitur factoque illi onere quamprimum transmittendi ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus SS̃mus Dominus Noster presens edi iussit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis die XXVI Iulii in festo S. Annae Matris B. Mariae Virginis, a. MCMLII.

✠ Fr. A. I. Card. PIAZZA, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 20 Iulii 1952. — Titulari episcopali Ecclesiae Bassianensi, praefecit R. D. Gualterium Kampe, e dioecesi Limburgensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Gulielmi Kempf, Episcopi Limburgensis.

die 29 Iulii 1952. — Titulari episcopali Ecclesiae Ombitanae R. D. Iacobum J. Navagh, Directorem Missionariorum dioecesi Buffalensi addictorum, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Vincentii Stanislai Waters, Episcopi Raleighiensis.

die 31 Iulii 1952. — Cathedrali Ecclesiae Brugensi Exc. P. D. Aemilium De Smedt, hactenus Episcopum titularem Elusanum.

die 7 Augusti 1952. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Laodicenae in Syria Revmum D. Paulum Bernier, deputatum Nuntium Apostolicum apud Respublicas Costaricensem et Panamensem.

die 8 Augusti 1952. — Cathedrali Ecclesiae Sedunensi R. P. D. Nestorem Adam, hactenus Abbatem Superiorem Congregationis SS. Nicolai et Bernardi Montis Jovis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rusaditanae R. D. Ioannem Howard Hodges, Directorem Missionariorum dioecesi Richmondiensi addictorum, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Petri Leonis Ireton,, Episcopi Richmondiensis.

die 9 Augusti 1952. — Metropolitanae Ecclesiae Monacensi et Frisingensi Exc. P. D. Iosephum Wendel, hactenus Episcopum Spirensem.

die 10 Augusti 1952. — Cathedrali Ecclesiae Valentinensi Revmum P. D. Iosephum Urtasum, Antistitem Urbanum et Vicarium Generalem dioecesis Petrocoricensis.

die 11 Augusti 1952. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Anchialitanae Exc. P. D. Iacobum Vilanova et Meléndez, hactenus Episcopum Sanctae Annae.

die 15 Augusti 1952. — Titulari episcopali Ecclesiae Geritanae Revmum D. Hyacinthum Argaya et Goicoechea, Vicarium Generalem et canonicum archipresbyterum Capituli metropolitani Valentini, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Marcellini Olaechea et Loizaga, Archiepiscopi Valentini.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caeciritanae Revmum D. Raymundum Masnou et Boixeda, canonicum Capituli Cathedralis Vicensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Perelló et Pou, Episcopi Vicensis.

die 27 Augusti 1952. — Cathedrali ecclesiae Kamloopsensi R. P. D. Michaëlem Alphonsum Harrington, Antistitem Urbanum et parochum ecclesiae S. Basilii in pago vulgo « Lethbridge » in dioecesi Calgariensi.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

SHIRENSIS
(BLANTYRENSIS)

DECRETUM
DE NOMINIS MUTATIONE

Cum in Nyassaland finibus Africae Orientalis Britannicae Vicariatus Apostolicus Zombaënsis, septentrionali territorii parte a Vicariatu Apostolico Shirensi distracta, erectus esset, Patribus e Societate Mariae Montfortana concredendus, cumque, divisione Vicariatus Shirensis peracta, ipsius Vicariatus nomen rerum condicioni non amplius responderet, in iisdem plenariis comitiis, die v Maii huius anni habitis, in quibus erectio illa deliberata est, visum est ad Vicariatus Apostolici Shirensis nominis mutationem procedere.

Itaque Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Cardinales, huius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide regimini praepositi, cum favorabile Excmi P. D. Davidis Mathew, Archiepiscopi titularis Apameni in Bithynia atque Apostolici Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae Delegati votum accepissent, Vicariatum Apostolicum Shirensem, Septentrionali territorii parte deminutum, deinceps Vicariatum Apostolicum Blantyrensem, ab urbis eiusdem regionis principis, ubi Ordinarius sedem habebit, nomine, appellandum censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, in Audientia diei XV eiusdem mensis et anni Sanctissimo Domino Nostro Pio divina Providentia Papae XII ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit praesensque ad rem Derectum confici iussit.

Datum ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die XV Maii a. D. 1952.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

II

SENDAIEN. – DE SAPPORO

DECRETUM

COMMUTATIONIS FINIUM

Quo aptius efficaciusque in septemtrionali Iaponiae insula, quam nuncupant Hokkaido, evangelicae actuositati consuleretur, preces porrectae sunt ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide ut districtus civilis, quem dicunt Oshima, una cum urbe Hakodate, quae est caput eiusdem districtus, a dioecesi Sendaiensi distraheretur et ad Vicariatum Apostolicum de Sapporo adnecteretur.

Quam sententiam, in Audientia diei 19 mensis Iunii vertentis anni, ab infrascripto Cardinali Praefecto eiusdem Sacrae Congregationis relatam, Ssmus D. N. PIUS Div. Prov. Papa XII, ratam habens et confirmans, praedictum districtum civilem Oshima una cum urbe Hakodate a dioecesi Sendaiensi distraxit et ad Vicariatum Apostolicum de Sapporo adnexit praesensque ad rem Decretum edi mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 19 mensis Iunii a. D. 1952.

✠ P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

III

DE BANGWEOLO
(KASAMAËNSIS)

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS DE BANGWEOLO DEINCEPS « KASAMAËNSIS » APPELLABITUR.

Cum in Rhodesia Septemtrionali nomen Vicariatus de Bangweolo, Patribus e Societate Missionariorum Africae (vulgo « Pères Blancs ») commissi, ob novae Praefecurae Apostolicae Arcis Rosebery, quae praelaudatis Patribus pariter concredita est atque totam occidentalem territorii memorati Vicariatus partem complectitur, erectionem, rerum

condicioni non amplius responderet, in iisdem plenariis comitiis, die 7 Iulii huius anni habitis, in quibus erectio illa deliberata est, Emi ac Revmi Patres, huius Sacri Consilii Christiano Propagando Nomini regimini praepositi, de nomine quoque, quo Vicariatus Apostolicus de Bangweolo, ita post sui territorii divisionem deminutus, appellaretur, egerunt.

Itaque cum rem mature perpendissent et Excmi P. D. Davidis Mathew, Archiepiscopi titulo Apameni in Bithynia atque Apostolici Africae Orientalis et Occidentalis deinceps Vicariatum Apostolicum *Kasamačnsem*, a nomine *Kasama*, quae urbis eiusdem regionis est princeps et haud procul a qua Ordinarius sedem habet, appellandum censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, in Audientia diei 10 eiusdem mensis et anni Sanctissimo Domino Nostro Pio, Div. prov. Papae XII, ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 10 mensis Iulii a. D. 1952.

✠ P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. ✠ S.

I. Chiavoni, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

CRACOVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI RAPHAËLIS A S. IOSEPH, IN SAECULO IOSEPH KALINOWSKI, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Mirabilis est Deus in Sanctis suis, quos ut ad christianam perfectionem adducat, mediis utitur, quae licet humanae prudentiae prima fronte inepta videantur, divino tamen consilio, finem hunc apprime pertingunt divinamque sapientiam ostendunt. Divina haec oeconomia in Dei Famulo, cuius beatificationis causa modo apud Sacram hanc Congregationem introducitur pertractanda, mire resultat.

Etenim Servus Dei Raphaël a S. Ioseph, in saeculo Ioseph Kalinowski, die 1 Septembris anni 1835 in urbe Vilna natus, optimos genitores nactus est Andream, qui Vilnensis Nobilium Instituti moderator erat et matheseos antecessor, atque Iosepham Potonska.

Filiolus sub patris magisterio adeo profecit, ut inter condiscipulos pietate, litteris, scientia eminuerit. Militiae nomen dedit, atque anno 1863, quum Poloni, Russicae tyrannidis pertaesi, huius regimini se rebellaverant, Ioseph etsi non plene de felici rebellionis exitu sibi persuasum esset, attenta in catholicos insectatione, patrio commotus amore, Russicae militiae, quo tenebatur vinculo soluto, rebellium partes suscepit; verum captus morti fuit damnatus, quae poena in coactos labores commutata fuit, quam admiranda patientia decennium in Siberia tulit, sociorumque animos piis exhortationibus recreabat, aeterna praemia pro iustitia patientibus promissa recolens.

Libertate donatus, Parisiorum Lutetiam adivit, ibique anno 1874 Servi Dei Augusti Czartoryski institutor factus, cuius animum non modo humana scientia sed et pietate ita excoluit, ut postea discipulus ab ipso S. Ioanne Bosco in Salesianam Societatem exceptus vitae sanctitate, ut videtur, claruerit atque meruerit ut apud hanc sacram Congregationem beatificationis causa fuerit introducta.

Anno 1877 Ioseph Ordinem Carmelitarum excalceatorum assumpto Raphaëlis a S. Ioseph nomine, in urbe Gratz amplexus est in quo sollemnia anno 1881 nuncupavit vota sequentique anno ad Sacrum Presbyteratus Ordinem fuit a Cardinali Dunajewski, Episcopo Cracoviensi, Czernae promotus. Hac illac in Polonia diversatus est, ubique, omnibus omnia factus, nil sibi pepercit in animorum salute procuranda, quia eius cor ardentissima erga Deum caritate fervebat; Sancta Matre Teresia docente: « Quo maiorem in proximorum dilectione profectum vos fecisse videbitis, eo magis in Dei dilectione profecisse certi sitis » (Moradas V, 3, 8).

Divino hoc amore impellente, frater Raphaël plurimos haereticos ad Petri ovile reduxit, plurimos e coeno peccati sublevavit, plurimos ad perfectionis semitas adduxit. Plura vel gravia officia a sui Ordinis Superioribus ei fuerunt concredita, quibus sancte fere ad mortem usque functus est.

Die 15 Novembris anno 1907 phthisico morbo attactus, in oppido Wadowice, Ecclesiae sacramentis roboratus, ad Superos evolavit. Eius corpus Czernam in Silesia translatum fuit. Sanctitatis ac gratiarum, eo intercedente obtentarum, fama erumpente, in Archiepiscopali Cracoviensi Curia, Ordinaria auctoritate, annis 1934-1938 canonicae inquisitiones

sunt peractae. Octo autem rogatoriales processus: Vilnensis, Strigoniensis, Leopoliensis, Seccoviensis, Iaurinensis, Premisliensis, Varsaviensis atque Lodziensis sunt addendi. In his, praeter sanctitatis famam, actum quoque est de eius scriptis atque cultu indebito non praestito. Scripta a quinque Censoribus fuere cribrata, qui nihil in eis reprehendum quod ad fidem et mores etc. invenerunt. Quare Emi Cardinales favorabile suffragium edidere, quod a Summo Pontifice confirmatum est ut constat ex decreto die 4 Aprilis a. 1943 edito. Plures interim SSmo D. N. Papae oblatae sunt litterae causae Introductionem postulantes.

Instante itaque Revmo P. Ioanne a Iesu Maria, O. C. D. Generali Postulatore, in Ordinario S. R. C. Coetu die 26 Februarii anni huius habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Adeodatus Ioannes Piazza, Episcopus Sabinen. et Mandelen. Causae Ponens, dubium posuit: *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur*, de eaque retulit. Emi Patres, relatione hac, nec non officialium Praelatorum suffragiis auditis ac praesertim R. P. D. Salvatore Natucci, Generali Fidei Promotore, rescripserunt: *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem ab eodem Promotore Summo Pontifici die subscripto relatione Sanctitas Sua rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis causae Servi Dei Raphaëlis a S. Ioseph* Sua manu dignata est subsignare.

Datum Romae, die 2 Martii a. D. 1952.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

ERRATA CORRIGE

In Decreto «Urbis et Orbis» de novis ellogiis in *Martyrologio romano* inserendis pubblici iuris facto die 9 Maii 1952, ac in *Acta Apostolicae Sedis* relato (cf. an. et vol. XXXXIV, 1° Iulii 1952, n. 9, pagina 492) loco legendi:

Septimo Kalendas Octobris (25 Sept.)

Decimo loco.

legatur:

Kalendis Januarii (1° Jan.)

Tertiodecimo loco.

Romae, natalis sancti Vincentii Mariae Strambi, etc

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis die 25 Julii 1952.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

An. et vol. XXXXIV 16 Octobris 1952 (Ser. II, v. XIX) - N. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SHIRENSIS
(ZOMBAËNSIS)

EX APOSTOLICO VICARIATU SHIRENSI, IN NYASSALAND AFRICAE ORIENTALIS BRITANNICAE FINIBUS, NOVUS ERIGITUR VICARIATUS, ZOMBAËNSIS NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui, divini Redemptoris vices in terris gerentes, gravissimis saepe temporum rerumque perturbationibus animo angimur, ingenti sane gaudio afficimur, cum Ecclesiae quaedam, Dei gratia roboratae, tales virtutis religionisque fructus uberrime proferunt, ut pro acceptis incrementis aptiori earum moderationi sollicitudine sit providendum. Quod Nobis faciendum nunc putamus quoad Vicariatum Apostolicum Shirensem, in Nyassaland Africae Orientalis Britannicae finibus, qui sollerti studio atque industria Societatis Montfortanae a Maria ita fidelium numero operumque fecunditate crevit, ut maxime opportunum videatur ex illo novum Apostolicum Vicariatum ad maiorem animorum utilitatem erigere. Quam ob rem, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Christianae Fidei Propagandae praepositorum, auditoque venerabili Fratre Davide Mathew, Archiepiscopo titulo Apameno in Bithynia atque Apostolico in Africa Orientali et Occidentali Britannica Delegato, re diligenter con-

siderata, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, certa scientia ac supremae Nostrae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur statuimus:

1) A Shirensi Apostolico Vicariatu totam partem distrahimus et seiungimus, quae ad Aquilonem conversa est, et civiles complectitur regiones de Zomba, de Liwonde, de Nyassa meridionali (quam vulgo Fort Johnston appellant) et de Ncheu.

2) Novum ex his territoriis Vicariatum Apostolicum constituimus, ab urbe territorii principe, in qua loci Ordinarius sedem habebit, Zombaënsem exinde appellandum. Quem Vicariatum, ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum, Sodalibus Societatis Montfortanae a Maria, qui quam impigre hucusque ibi adlaboraverint Nobis omnino compertum est, concredimus, magna cum spe illarum regionum utilitati quam rectissime prospiciendi. Ad novum hunc igitur Vicariatum iura et onera spectabunt, quae ceterorum Vicariatuum sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae iure communi eiusmodi Praesulibus competunt.

Quae omnia, a Nobis nunc disposita et constituta, rata ac valida esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum exemplis vel excerptis, licet impressis, ab aliquo tamen publico tabellione signatis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem Nostra iussa, quae per has Litteras descripsimus, minime abnuere liceat. Quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n. 15.

II

DE KORHOGO
(DE KATIOLA)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KORHOGO, IISDEM SERVATIS LIMITIBUS, IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR, « DE KATIOLA » NUNCUPANDUM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter adversa, quibus non raro apostolicum officium Nostrum premitur, non mediocrem invenit animus Noster levationem, quotiescumque in ethnicorum terris ita videmus christianae religionis messem, a catholicorum Missionalium satione ortam, excrevisse, ut iam agros illos opus sit magis congruenter ad eiusmodi incrementum ordinare. Quapropter, libenter annuentes precibus huic Sanctae Sedi adhibitis, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, audita sententia venerabilis Fratris Marcelli Lefebvre, Archiepiscopi titulo Arcadiopolitani in Europa, Delegati Apostolici de Dakar, re mature considerata ac certa scientia, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, supremae Nostrae potestatis plenitudine, Apostolicam Praefecturam de Korhogo, ubi Christi cultorum numerus laetissime auctus est, ad Vicariatus Apostolici gradum evehimus, a loco in quo Vicarius Apostolicus suum collocabit domicilium « de Katiola » nuncupandi. Quem novum Vicariatum, iisdem, qui iam in regione illa tam sollerter allaborant, Sodalibus Societatis Missionum ad Afros committimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Ad illum autem iura et onera spectabunt, quae ceterorum Vicariatuum sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes quae communiter eiusmodi Praesulibus competunt.

Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum autem Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi

fidem, quae hisce ipsis haberetur ostensis. Nemini vero iis, quae hisce Litteris a Nobis decreta sunt, obniti liceat. Quod si quis id temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap. vol. LXXXIV. n. 9.

III

INDORENSIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA INDORENSIS, IN INDICA REPUBLICA, IN DIOECESIM, IISDEM SERVATIS NOMINE AC LIMITIBUS, ERIGITUR, QUAE SUFFRAGANEA CONSTITUITUR METROPOLITANAE ECCLESIAE AGRAENSIS ET SOCIETATI A VERBO DIVINO CONCREDITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae christianum nomen in Indorensi Praefectura Apostolica accepit incrementa, pro quibus summae sunt praecipue Deo, bonorum omnium largitori, grates habendae, ac sodalibus societatis a Verbo Divino, quibus illa concredita est provincia, tribuendae laudes, iis suademur ut eandem ad pleniorem regiminis rationem evehamus. De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositorum, suppleto, quatenus opus sit quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, re mature perpensa, certia scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam Indorensem, intra Indicae Reipublicae fines sitam, in diocesim, iisdem servatis nomine ac limitibus, evehimus et erigimus. Novam hanc dioecesim Indorensem suffraganeam,

ut iam Praefectura ipsa erat, constituimus metropolitanae Ecclesiae Agraensi, cuius Archiepiscopi metropolitico iuri Indorenses Episcopos subicimus. Dioecesim ipsam curis committimus Sodalium Societatis a Verbo divino, tam sollerter iam ibidem allaborantium, eiusque episcopalem sedem in urbe Indore, in qua hucusque Praefectus Apostolicus commorabatur, constituimus; quam igitur urbem ad civitatis episcopalis gradum extollimus; Episcopi vero cathedram in templo collocari iubemus Deo in honorem S. Francisci Assisinatis in eadem urbe dicato, quod propterea ad cathedralis templi dignitatem evehimus, cum omnibus iuribus et privilegiis cumque oneribus et obligationibus quae ceterarum Cathedralium aedium sunt propria. Episcopi pariter Indorensibus hinc iura, privilegia et potestates, hinc onera et obligationes competent, quae iure communi eiusmodi Praesulibus competunt. Indulgemus insuper ut usque dum Canonicorum Collegium in cathedrali Ecclesia Indorensi constitui nequeat, pro hoc Episcopi senatu, Consultores dioecesani ad iuris normam interea eligantur et adhibeantur. Huius novae diocesis episcopalem mensam constituent reditus et bona ad Praefecturam Apostolicam iam pertinentia, et Curiae emolumenta atque oblationes quae Pontificium Opus a Propagatione Fidei et fideles, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praebere solent. Quod autem attinet ad Indorensis dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad illorum qui in sortem Domini vocati sunt institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones ac decreta synodalia in Unionis Indicae Statu vigentia praescribunt.

Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda dilectum Filium Aloisium Raimondi, Apostolicae Internuntiaturae apud Republicam Indicam Negotiorum Gestorem vel eum, qui in exsecutionis actu Internuntiaturae illi praeerit, deligimus eique necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem de Propaganda Fide authenticum peractae exsecutionis actorum exemplum quamprimum transmittendi. Has autem Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari, et si secus super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universa-

libusque Conciliis, in generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis editis ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus, quibus omnibus derogamus. Harum vero Litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem illis quae praesentibus Litteris a Nobis statuta sunt contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apum S. Petrum, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n. 6.

IV

DE MEDAN
(DE PADANG)

A VICARIATU APOSTOLICO DE MEDAN TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE PADANG », PIAE SOCIETATI S. FRANCISCI XAVERII PRO EXTERIS MISSIONIBUS COMMITTENDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

E Missionibus, in quibus, Evangelii praeconum studio, fidelium numerus, opitulante Deo, ita crevit ut ab uno tantum Praesule, praesertim si late pateant, ea qua par est sollertia regi nequeant, solet Apostolica Sedes partem seiungere, ex qua nova efformetur ecclesiastica circumscriptio, alius Praesulis curis committenda. Quod modo exsequendum ducimus quoad Vicariatum Apostolicum de Medan in Sumatra insula, territorii amplitudine et fidelium frequentia, uti laeto

animo didicimus, conspicuum. Libenter itaque accipientes preces huic Sanctae Sedi adhibitas ab illius Vicariatus Praesule, auditis Apostolico in Indonesia Internuntio, atque Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum, cui Missio illa concredita est, Ministro Generali, de consilio dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecti, re mature perpensa, supplentes, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensum, certa scientia ac de Nostrae supremae potestatis plenitudine, a Vicariatu Apostolico de Medan totum territorium seiungimus, quod civilis provinciae Sumatrae centralis partem complectitur et ad Vicariatum illum hucusque pertinebat. Propterea ex hoc avulso territorio novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, iisdem ac civilibus terminatam finibus, quam a principe eiusdem territorii urbe, in qua Ordinarius suam habebit sedem, « de Padang » nominari volumus, quamque sodalibus Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro exteris missionibus committimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Ad novam hanc Praefecturam iura et onera spectabunt quae ceterarum Praefecturarum sunt propria. Eius igitur pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae communiter eiusmodi Praesulibus competunt. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus ac decernimus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum exemplis, vel excerptis, etiamsi impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem iis quae Nostris hisce Litteris a Nobis statuta sunt contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die undevicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

† A. Carinci, Arch. tit. Seleucien. in I., *Decanus Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n. 43 –

V

DE PALEMBANG.
(DE TANDJUNG-KARANG)

A VICARIATUS APOSTOLICI DE PALEMBANG, IN INDONESIA, TERRITORIO PARS SEIUNGITUR, AD NOVAM ERIGENDAM PRAEFECTURAM APOSTOLICAM « DE TANDJUNG-KARANG » APPELLANDAM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad animorum bonum et ad Christi religionem facilius dilatandam, in amplissimo Vicariatus Apostolici de Palembang territorio, dividere hoc statuimus et novam exinde erigere Praefecturam Apostolicam. Libenter itaque accipientes preces huic Sanctae Sedi a venerabili Fratre Vicario Apostolico de Palembang adhibitas; audito quoque venerabili Fratre Georgio de Jonghe D'Ardoye, Archiepiscopo titulo Misthiensi et in Indonesia Apostolico Internuntio; approbante etiam Generali Superiore Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, cui missio illa commissa est; atque supplentes, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensum, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, e latissimo territorio Vicariatus Apostolici de Palembang, seu Palembangensis, in Indonesia, partem illam distrahimus, quae civilem residentiam de Teluk-Betung et civilem districtum de Kroë ex residentia de Benkulu complectitur, et eam in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam de Tandjung-Karang nomine appellandam, a principe eiusdem territorii urbe in qua Ordinarii sedes erit, iisdemque terminatam finibus, quibus limitantur quae supra diximus residentia et districtus. Novam hanc Praefecturam Apostolicam curis committimus Sodalium eiusdem Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, qui in illa missione iam dudum ad Christi regnum prolatandum sedulo allaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Eidem autem Praefecturae Apostolicae de Tandjung-Karang eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur, eosque pariter iisdem obstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri obstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus et de-

cernimus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiamsi impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce iisdem Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam seiunctionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

† A. Carinci, Arch. tit. Seleucien. in I., *Decanus Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIV, n. 42.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CATHEDRALE TEMPLUM AGRIGENTINAE CIVITATIS AC DIOECESIS BASILICAE MINORIS TITULO AC PRIVILEGIIS COHONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quasi « civitas supra montem posita », imminet Mari Africo ac valli, Graecorum fanis illustri, princeps Templum Agrigentinum, quod a Sancto Gerlando, primo eiusdem Sedis post expulsos Arabes Episcopo, saeculo undecimo ad finem vergente, ut tradunt, exstructum atque Deo in honorem Almae Deiparae caelo receptae consecratum, magnitudine et cultu commendatur. Admireris praesertim structurae genus, quod « Arabico-Normannum » appellant, fornices in modum « Gothicum » inflexos, portarum elegantiam, imagines udo illitas ad artis Byzantiae rationem. Quae Aedes insuper ob Canonicorum aliorumque Sacerdotum ministerium populique frequentiam dilaudatur. Sacra supellectile ac Sanctorum reliquiis

ita etiam affluit ut nihil videatur desiderari quod ad domus Dei ornamentum atque dignitatem. Cum vero Venerabilis Frater Ioannes Baptista Peruzzo, Episcopus Agrigentinus, vota quoque depromens Canonicorum Collegii, Cleri et Christifidelium, sibi commissorum, Nos rogasset ut Templum, quod diximus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus, precibus huiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Collatis igitur consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, *Ecclesiam Cathedralem Agrigentinam*, Beatae Mariae Virgini in Caelum Assumptae dicatam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis quae Templis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Decembris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

SANCTUS IOSEPH, B. MARIAE V. SPONSUS, TOTIUS VICARIATUS APOSTOLICI DE HANOI PATRONUS CAELESTIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Intaminatum Deiparae Sponsum eundemque Salvatoris Nutricium pervigilem viri missionales, cum regionem « Vietnam » Septentrionalis, quae nunc appellatur, anno MDCXXVII, Evangelii lumine inciperent perfundere, peculiarem habue-

runt in tanto negotio Praesidem ac Tutorem. Exinde Christifideles, quasi pia quadam animorum conspiratione, Sanctum Ioseph singularibus solebant venerari obsequiis et in eius se committere fidem. Tanti etiam Caelitis nomine princeps Templum Vicariatus Apostolici de Hanoi saeculo XIX ad finem vergente fuit dedicatum. Quibus permotus, Venerabilis Frater Iosephus Maria Trinh-nhu-Khuê, Episcopus titulo Synaïtanus et Vicarius Apostolicus de Hanoi, Cleri populique vota depromens, Nobis supplicavit ut Sanctum Ioseph eiusdem Vicariatus Apostolici praecipuum Patronum confirmare dignaremur. Quibus precibus libenter admissis auditoque Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno atque Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, *Sanctum Ioseph*, Beatae Mariae Virginis Sponsum, *tolius Vicariatus Apostolici de Hanoi praecipuum apud Deum Caelestem Patronum* confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces ingiter exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Ianuarii, anno MCMLII, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

SANCTUS IOSEPHUS A LEONISSA, C., SACRARUM MISSIONUM FRATRUM FRANCISCALIUM CAPULATORUM IN TURCARUM REPUBLICA PATRONUS CAELESTIS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — A Seraphico Patre Francisco, qui in orientis solis partes concesserat salutis Evangelium allaturus, ab eo instituti Sodales exemplum omni tempore ducebant, ita ut religionis fines propagarent alacres, praesertim Mahometanos vocantes ad dogmata Christi ac doctrinam. Ex quibus praeconium tribuendum est eximium Sancto Iosepho a Leonissa, Ordinis Fratrum Capulatorum alumno, qui, Iesu animarumque percitus amore, Turcarum Imperio intrepidus exstitit nuntius veritatis. Constantinopoli enim vel ipsam aulam principis ingredi non dubitavit ut Christiana traderet praecepta. Fideles misera oppressos servitute relevavit, labantes erexit, reduxit devios. Captus igitur immani exercitus est supplicio, cum, trabi pede suspensus, supposito igne ac fumo cruciaretur. Tantum verbi divini satorem et invictum athletam Domini Fratres Capulati, qui in Turcarum Republica rei Catholicae provehendae sedulam navant operam, Caelestem sibi Patronum adoptare volentes, submissas Nobis preces adhibuerunt ut eum, pro Nostra benignitate, hoc nomine et honore donare dignaremur. Quibus precibus libenter admissis auditoque Venerabili Fratre Nostro Eugenio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Tisserant, Episcopo Ostiensi ac Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrae Congregationis Orientalis Viro a Secretis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Sanctum Iosephum a Leonissa,* Confessorem, sacrarum missionum Fratrum Franciscalium Capulatorum in Turcarum Republica *Caelestem* apud Deum *Patronum* constituimus et renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae praecipuis regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Ianuarii, anno MCMLII, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

IV

SANCTUS FRANCISCUS ASISINAS IN PRAECIPUUM PATRONUM CAELESTEM MERCATORUM OMNIUM ITALICORUM ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquissima cura Decessoribus Nostris ac Nobismet ipsis, pro muneris pastoralis magnitudine, iugiter fuit ut hac aetate, qua multi, ab Evangelii praeceptis in vitae actione desciscentes, aut suo dumtaxat serviunt compendio aut, sollicitata egentium invidia in locupletes, res moliuntur novas, civium ordines ad christiana vocarentur instituta. Quam ob temporum condicionem mercatores saepe in scopuloso difficilique loco versantur, quorum ars, cum propter nimiam quaestus cupiditatem multum possit ad domesticas augendas angustias hominumque dirimendam coniunctionem, eadem tamen, si recta mente ac moderate exerceatur, ad civitatis commodum, praesertim in rerum tenuitate, valet plurimum. Ut igitur hic labor et industria ex optimis procederet consiliis, Societas Italica Mercatorum, cuius est et sui ordinis tueri iura et ad rei publicae utilitatem negotiandi componere rationem, submissas Nobis adhibuit preces de Caelesti Patrono iis ex Italica gente constituendo qui coëmunt merces et venumdant. Quas supplicationes libenter audientes, in Sancti Francisci Asisinatis tutelam negotiatores committere statuimus ut, illius obtecti praesidio qui, antequam omnia vitae huius blandimenta abiceret, operam dederat mercaturae, ii ad Ecclesiae leges semper sese conformarent et ad superna quoque lucra facienda intenderent animos. Quapropter, collatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omni-

busque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Sanctum Franciscum Asisinatem*, Confessorem, *mercatorum omnium Italicorum praecipuum apud Deum Patronum* facimus et renuntiamus, cunctis honoribus ac privilegiis liturgicis adiectis quae principalibus coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Februarii, anno MCMLII, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. THEODORUM TIT. SANCTI CHRYSOGONI S. R. E. PRESB. CARDINALEM INNITZER, ARCHIEPISCOPUM VINDOBONENSEM, QUEM LEGATUM DELIGIT AD « KATHOLIKENTAG » CHRISTIFIDELIUM AUSTRIAE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Exacto iam pridem infensissimo postremo bello, quamvis Austriaca Republica nondum in pace composita, sacri nobilissimae istius nationis Antistites optimo consilio decreverunt, in proximum Septembrem mensem, die nomini Mariae Virginis sacro ineundum esse in civitate principe Viennensi illum Christi fidelium Conventum, qui, uti mos invaluit sollemnis, « catholicorum dies » propria significatione appellatur. Haec enimvero post crudeles armorum ictus et calamitates instaurata Con-

